Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26263
Copyright: Admont, Benediktinerstift



36

discipulos auditur. sic unus infinitus bibit cotidie.
sic a conscientia propria latet in occulto. fama peculiaris
volat a secreto. iustitia multis patet in manifesto. De
conscientia dicit. gloria nostra hec est testimonium conscientie
nostre. De fama. luceat lux vestra coram hominibus. De iu-
stitia. beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Et conscie-
ntiam apparent propli seculares. per famam clerici regulares.
per iustitiam anachoretes singulares. Primi apparent
incedentes lento passu. secundi procedentes festino incess
su. tertii propinquantes rapido cursu.

Obtulerunt magi domino munera. aurum. thus. et mur-
ram. Hos magi maleficis artibus nocui. sed inquisi-
tores rerum prudentes philosophi. profitentes de singu-
lis arte a. inducta natali. Huius visa nova stella nou-
ter cerata. augurantur novum hominem mirabilium na-
tum. in tria hominem magne dignitatis. cum reverentia
famulantur astra. Tres partes in hoc pari sententia con-
venunt. hominem natum singuli accipiunt. Dicit enim que
principaliter eos sollicitat. et nescium. Primus enim du-
bitat de potestate: secundus de divinitate: tertius de mor-
talitate. Primus dubitat de potestate regali. secundus
de divinitate natali. tertius de mortalitate carna-
li. Primus dubitat utrum rex sit futurus. secundus dubitat
utrum sit deus verus. tertius utrum sit morituros. Primus
offerit aurum. unde reges coronantur. secundus ut habet thus.
unde divinis sacrificiis honorantur. tertius portat myrram